

.B .C .D  
DISSERTATIO JURIDICA

DE

CONTRACTIBUS,  
IN QVIBUS OBTINET  
RETRACTUS CON-  
SANGVINITATIS,

Quam,

Consensu Ampliff. Senatus Academici in illustri  
Athenaeo Aboënsi,

CHRISTIANUS PAPKE,

Et

CAROLUS MAGNUS SIERCKEN Jun.

Publico Examini deferunt,

die 28. Februarii Anno MDCCXLVII.

---

A B O Æ,

Excud. Joh. Kiampe, Reg. Acad. Typogr.

B. C. D.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

CONTRACTIBUS  
IN QUIBUS OBTINET

ANDREAS GAIL. Lib. 2. Obs. 19. n. 1.

**H**UJUSMODI consuetudines de jure  
valere, dubium non est, adeo-  
que tanquam generis, familiae, no-  
minis & domus conservatrices non o-  
dio sed favore potius dignas esse.

E.  
CAROLUS MAGNUS SIKKEN J. M.


Publice examinatus & approbatus  
die 28. Februarii Anno MDCCXVII.

—————

A. B. O. M.

Excudit Joh. Krieger, Reg. Acad. Typogr.





§. I.

**P**ost introducta imperia civilia, libertas naturalis, juriumque inde pendentium exercitia, prout legum civilium, per quas actiones nostræ determinantur, rigor & necessitas postulerit, valde temperata, arctioribusque multo quam antea limitibus circumscripta sunt. Sic enim de re cuique sua etiamsi pro arbitrio disponere, adeoque illam alienare & consequenter dominium ejus in quemcunque alium transferre lege naturali concessum sit; hoc tamen dominii jus, sicut pluribus aliis nodis determinatum est; ita per constitutum, in civitatibus tantum non omnibus, retractum illum consanguinitatis, peculiari prorsus ratione restrictum limitatumque deprehenditur. Est autem *RETRACTUS CONSANGVINITATIS*, qui, ut alia ejusdem synonyma apud externos scriptores passim obvia præteream, etiam dicitur *gentilicium*, Svecihice vero *Byrds rått* / a vocabulo *byrd* / quod gentem seu familiam olim denotabat, est, inquam, facultas redimendi res immobiles abalienatas in præjudicium alienanti sanguine proxime junctorum b. e. consan.

A

*sanguineorum*, quibus haec facultas lege concessa est. Cum igitur retractus gentilitius auctoritate legis, unde legitimus vocari solitus, sit munitus, quid hunc inter & *conventionalem* illum, qui solo pacto de prioritate ad emtionem rei quandocumque vendendae nititur, discriminis sit, nemo non facile viderit. Neque vero cuiquam diversas rerum notiones perpendenti obscurum esse poterit, *retractum* consanguineis proprium, cum Jure *Protimiseos* (lösninge rätt) ejusque variis speciebus, ut *Jure cohabitantium* & *vicinorum*, *communione*, *congrui*, *redintegrationis* etc. minime confundendum esse.

## §. II.

**L**eges civiles rationibus suis, sive *moralibus*, sive *positivis* sive denique *historicis*, unde intelligi potest, cur sint potius quam non, cur tales potius quam aliae, extra omnem controversiam nituntur. Harum vero sollicita indagatio tanto utriusque magis est necessaria, quanto nemini obscurum esse poterit, earum distinctam cognitionem in legibus rite interpretandis, hinc vero ad obvios quosvis casus applicandis eximium, immo indispensabilem usum praestare. At simul tamen fatendum est, rationes legum, quippe quae nonnunquam ex antiquissima eaque fabularum tenebris maximam partem involuta historia, repetendae sunt, usque adeo occultas latere ut omnis inveniendi rimandique quantumvis assiduus conatus tandem eludatur; unde igitur *JULIANUS*: *non omnium*, inquit, *quae a majoribus constituta sunt, ratio reddi potest*. Verum rationem retractus, quod attinet, adeo haec per



per se clara & cuique obvia est, ut in illa de-  
 regenda longo non opus sit, anxioque scrutinio.  
 Nemo enim statim non viderit, illam eo totam  
 redire, ut familiæ, per bonorum immobilium, tan-  
 quam certissimarum possessionum intra semet i-  
 plas conservationem, perpetuo vigeant florentque.  
 Huc vero pertinent, quæ circa rationem retra-  
 ctus erudite observat *Legis. Nobiliss. Dn. KOENIG* di-  
 cendo: Detta Pagsäckandet är en följd af friheten/  
 som försäkrat släakterne / ( hvilka äro de lemmar och  
 delar / partes reipublicæ integrantes, hvaraf det  
 allmänna består ) at jordegods icke så låte och ge-  
 nom konster måtte dragas ifrån dem / friheten följ-  
 achteligen / det allmänna til ofärd. *vid. ejus Pärdoms*  
*döning Tom. 2. pag. 136. conf. RÅDENS. Obs. Jur.*  
*Pract. p. 55. & 305. STIERNH. de jur. vet. Lib. II. C. 5.*  
*p. 441.*

### §. III.

**P**ER rem sensu juridico consideratam nihil aliud  
 intelligimus quam quicquid ad dominium no-  
 strum pertinere potest. Rēs aliæ sensus externos  
 afficiunt, aliæ in illos non cadunt, sed solo intel-  
 lectu percipiuntur. Illæ corporales, hæ incorporales  
 appellantur. Corporales iterum vel sine damno  
 nominisqve sui mutatione ab uno loco in alterum  
 transferri possunt, vel non. Illæ mobiles hæ immo-  
 biles nominantur. Ad immobiles referuntur, jord/  
 U. B. C. 15. §. 1. G. B. C. 10. §. 2. 5. hus/wann-  
 wärdet / bostap och återredskap å landet / l. cit. U. B.  
 C. 2 §. 1. conf. St. L. G. B. C. 5. ARNELLS not.  
 ad id. cap. lit. m. Ad mobiles vero pertinent lös-

4  
 Ören / *G. B. C. cit. §. 2. seq. cap. 11. §. 3. 6. A. B. C. 15. §. 1. löstgods / penningar /  $\mu$  och all åhr-  
 lig ränta och afstad af fastgods / *G. B. C. 10. §. 2. cap. 2. §. 2. conf. NEHRM. I. C. p. 104. seq. Sed*  
*haud raro fieri solet, ut res immobiles jure mo-*  
*bilium & quidem contra censeantur; unde probe*  
*distingvendum est inter res mobiles & immobiles*  
*per intrinsecam suam essentiam tales, & per dispo-*  
*sitionem legis. Sic e. g. Allmänningar / Edjör b. Christ.*  
*L. C. 31. Sämje- och Stadge hemman Res på Adel.*  
*Besw. 1675. §. 20 1668. §. 5. 7. Åstinge Jord*  
*A. B. C. 17. §. 4. J. B. C. 8. §. 1. Grufwude-*  
*lar och Pantegods ic. per naturam suam res qvi-*  
*dem sunt immobiles, ad mobiles tamen ex dispo-*  
*sitione legis referuntur. Exemplum posterioris ca-*  
*lus, ubi sc. res mobiles pro immobilibus habentur*  
*in sequentibus occurret. Porro res ratione modi*  
*acquirendi distingvuntur in *haereditarias* & *acquisitas*.*  
*Haereditariae dicuntur, quæ jure successionis ab in-*  
*testato; *acquisitae*, quæ non jure successionis ab*  
*intestato, sed vel industria & studio proprio, vel*  
*alio quocuncque titulo in dominium nostrum ces-*  
*serunt.**

§. IV.

**Q**uænammodum *Juris municipalis & Provincialis*  
 in rebus bene multis haud levis apparet dif-  
 ferentia, cujus originem ex vetustissima subditorum  
 in duos ordines, *ruricolos & Civitatum inhabitato-*  
*res*, divisione arcessendam esse, pro more tuo ele-  
 ganter observat Regni *Historiographus D. VILDE* di-  
 cendo: *Stadslagen och des åtskillnad ifrån Lands-*  
*lagen*



lagen är allenast utaf lefvernes och bärnings sät-  
 tets olighet upkommen vid. ejusd. Swerg. Bestrif.  
 Lag Grund 20. pag. 40. idem fere *LOCCENIUS: Jus*  
*Provinciale*, inquit, *a jure Civitatum nonnihil discrepat:*  
*quia utriusque natura civium, & victus genera non pa-*  
*rum differunt. vid. ej. Synop. Jur. Priv. p. 5;* ita nec  
 circa retractum Juris utriusque eadem ubique, sed  
 varia & diversa in nonnullis est dispositio. Secun-  
 dum *Jus municipale* res omnis generis immobiles,  
 acquisitæ æque ac hæreditariæ retractui obnoxie  
 sunt *J. B. C. 5. §. 1.* Jure autem Provinciali  
 res acquisitæ, nisi cessione bonorum alienandæ,  
 Kongl. Bref den 18. April 1699. retractui non  
 subjacent *J. B. C. 5. §. 3.* sed tantum hæredita-  
 riæ, *J. B. Cap. cit. §. 1;* earumque census & an-  
 nui redditus, Förord. om Bördyrätt på landet den 17.  
 Junii 1720. §. 1. Hi namque per se licet mobiles,  
 immo quatenus in natura, ut vulgo dicitur, præ-  
 stantur, fungibiles sunt, in quibus adeo quia tali-  
 bus, non est admittendus retractus (*§. 1.*); quia  
 tamen ex immobilibus proveniunt, harum quoque  
 naturam ex dispositione legis recte sequuntur. Sed  
 rerum hæreditariarum jure censentur tum res re-  
 tractu jam antea vindicatæ, *J. B. C. 5. §. 3.* tum  
 acquisitæ, in locum hæreditariarum substitutæ, *J.*  
*B. C. 2. A. B. C. 17. §. 2.* siquidem hæ surro-  
 gatorum rationem habent. Res igitur utriusque  
 generis retractum pariter ac ipsæ hæreditariæ sub-  
 eunt.

## §. V.

**C**ontractus sunt actus, quibus consensum de rebus  
 in

in commerciam venientibus alienandis seu acquirendis testatur; suntque vel *benefici* seu *unilaterales*, qui commodum absque onere in alterum conferunt, vel *onerosi* sive *bilaterales*, qui utrumque contrahentium ad aliquid præstandum obstringunt. In alienatione autem rerum immobilium, in consanguineorum facta præjudicium, locum sibi vindicat retractus consanguinitatis (§. 1.) Ergo obtinet etiam in contractibus, qui de rebus immobilibus in consanguineorum præjudicium alienandis inveniuntur.

#### §. VI.

**D**onatio est contractus, quo dominium rei in alium transfertur sine acquisitione rei in hujus dominio existentis. Distinguitur autem in *donationem inter vivos & mortis causa* factam, quo etiam pertinet *testamentum*, per quod intelligitur revocabilis voluntatis declaratio, quoniam, secuta morte nostra, in bona, quæ possidemus, succedere debeant. Cum igitur retractus in contractibus quibuscunque de rebus immobilibus in consanguineorum præjudicium alienandis obtineat (§. 1.) sequitur, quod etiam in donatione rerum immobilium quocunque nomine veniente locum habeat *Arfbb. Cap. 17. §. 3. Jordb. Cap. 8. §. 1.* Hinc tamen excipienda est largitio *maternalis*; quod enim hac ratione donatur, ad familiam tandem redit. *Sist. bl. Cap. 9. §. 4.* id quod etiam tenendum de donatione prædii cujusdam ob *tervitia* fideliter præstita. *Jordbl. Cap. 8. §. cit.*



**E**mtio venditio est contractus, quo alicujus rei dominium pro accepta pecunia transfertur & acquiritur. Analogia autem rationis (§. præced.) adducti, sine ulteriori demonstratione sumimus, jus retrahendi in contractu emtionis venditionis de re sc. immobili in præjudicium eorum, quorum interest, inito locum sibi certissime vindicare. Quare etiam juxta utrumque jus Municipale sc. & Provinciale ita sancitum est: *Wil bórdeman til sig løsa arfwejord / som å landet såld år / satte tå i Rått ten genast eller inom nart och åhr ifrån tridie upbudet / fulla köpskillingen / i thet mynt / som i köpsbrefwet står / eller framligge på infatta penningar / sådana bewis / som almant i Riket gälla. I staden åge ock bórdeman Rått / at låta jord / hus och tomt ehvad thet år arf eller astinge inom tolf wefor ifrån tridie upbudet. Jordbtl. Cap. 5. §. 1.* Neque vero dubitandum est, quin ob paritatem rationis, jus retrahendi contangvineis quoque saluum sit in venditione sub hasta, vulgo auctione dicta, in executione, datione in solutum & cessione bonorum. De retractu autem in *auctione*, quæ res illi demum addicitur, qui ex licitantibus plurimum obtulerit, ita constitutum deprehenditur: *Når någon fast egendom här i staden til wår och Cronans afbetalning skall auctioneras, skall altid laga stånd / up och hembud stte förut på Rådstugun och med inbördandet försaras efter thet första Capitlet Jordbtl. Stl. på det Rådparen för hwar handa klander och inspråk må sålde göras såker. Kongl. Maj:ts bref om Auction af fast*

fast egend. 29. Majj 1687. Huc quoque pertinent  
 sequentia: För Banqvens räkning anses wäl fast  
 pant för lagständern när han står oflandrat natt och  
 år efter första upbudet/ samt sedan til aucti on an-  
 slagen 6 weker för Debitoren och sex för Bördeman.  
 Men skulle innan aucti on wärckeligen derpå söjer/  
 Banqven öfwerlåta sin rätt til någon annan/ icke  
 räknas i hans hand egendomen emot Debitoren eller  
 Bördemannen icke wora lagständern/ för än natt och  
 år efter tredje upbudet. Kongl. Maj:ts Förord. ang.  
 Bördsrätt på land. 27. Jun. 1720. §. 16.  
 In executione atque datione in solutum, quae  
 consanguineis jus competat, hæcce determinant:  
 Nu är man twungen/ at til gälds betalning aflå  
 sin arfwjord å landet eller hus och tomt i staden;  
 hafwe så bördeman rätt/ at then lösa efter ty, som  
 borjandären/ eller annan köpare theföre gifwa will.  
 Jordabl. Cap. 5. §. 7. Nu kommer thettil at ut-  
 mätning öfwer then sakfåltes egendom gå måste &c.  
 Niganden och Bördemannen hwar sin rätt förbehåll-  
 len Stadga ang. Execut. i gemen 10. Julii 1659. §.  
 6. Retol. och Förkl. angående Execut. wärck. 28. Jan.  
 1685. Denique quod beneficium retrahendi in ces-  
 sione bonorum attinet, illud peculiare est, quod, li-  
 cet de possessionibus rusticis acquisitis liberrima a-  
 lioquin sit dispositio, & hinc a retractu immunes  
 sint Jordabl. Cap. 5. §. 3. attamen in casu cessionis  
 bonorum eodem jure, quo ipsæ hæreditariæ cen-  
 seantur. De hoc namque ita statutum est: Och ehuru-  
 wäl Lagen icke tillåter Bördeman/ at klandra köpet öf-  
 wer



öfver aflinge jord/ som går til salu/ så hafwe wi  
 likwäl wid thetta tilfället för rättwiß sunnit/ at enär  
 aflinge jord medelst cessionem bonorum afträdes/  
 bör Arfwingarne och Bördomännen i lika mätto frite  
 stå/ them fram för främmande at inlösa för samma  
 pris/ som en annan: ståendes sedan bördoman frite  
 å landet inom ett år och sex wekor från det första  
 upbudet/ och i staden inom 14. dagar ifrån det sidsta/  
 godzæ/ för thet wårde/ som högst biudit är/ at in-  
 lösa. Förord. ang. cessionem bon. i graverade Sterbhus/  
 18. Apr. 1699.

§. VIII.

**P**ignoris vocabulum ambiguum est, accipitur e-  
 nim vel pro re, quæ in crediti securitatem tra-  
 ditur, vel pro sic tradentis & accipientis consensu,  
 ideoqve pro contractu. Illo significato est res a Debitore  
 creditori in securitatem crediti tradita: assignata e-  
 nim & obligata tantum; hypotheca vocatur: hoc au-  
 tem sensu est contractus circa pignus creditori tra-  
 dendum, ut soluto debito res eadem reddatur. vid.  
 Celeb. Canz. Discipl. Mor. p. 707. In contractu  
 pignoris, quæ talis jus retrahendi non obtinet.  
 Jordabl. C. 9. §. 7. Retractus enim locum habet  
 demum in contractibus, de bonis immobilibus in  
 consanguineorum præjudicium alienandis (§. 5.);  
 bona autem oppignorata in consanguineorum præ-  
 judicium non alienantur, utpote quæ præstita solu-  
 tione debitori restituuntur. ~~Aliis~~ vero sese res  
 habet, si quis prædium suum ædes vel fundum pi-  
 gnori dat, ac statim creditorem in possessionem mit-  
 tit, jure Anticreseos possidendam, usque dum for-

Ha

to  
tis solutio facta sit, vel etiam si mutuo dans eo  
modo pignus possidet, ut pro mutuo semisses ac-  
cipiat ulturas; tunc enim is, cui retrahendi jus  
competit, creditori satisfaciendo in jus locumque  
ejus succedere & condiciones in chirographo  
stipulatas præstare legitime potest. Jordabl. Cap.  
&. §. cit. Porro, de consanguineorum jure si iusto  
tempore non fiat reluitio, lex ita habet: Men löser  
man eij inom förefattan dag/ eller sedan thet honom  
förkunnas; så må han panten upbiuda/ som om köp  
sagt är/ och låte then wårdera/ inman laga stånd  
til ända går/ thet eij annars om wist pris them ö-  
fämjer. Löser eij jordägaren inom natt och äyr efter  
tridie upbudet med fulla penningar; hafwe bördes-  
man wåld at lösa arfwjord å landet/ inom/ eller  
wid nästa Ting thet efter. I staden må ägaren pan-  
ten återlösa/ inom tolf weker ifrån tridie upbudet.  
Löser eij han; så må bördeinan fyra wekor/ och wi-  
derboende eller nabo sedan/ fiorton dagar thet efter/  
thet pansatta hus eller tomt lösa &c. Jordabl. 9, Cap.  
§. 3.

§. IX.

**P**ermutatio est contractus, quo res æquivalens pro  
æquivalente utriusque datur. Quoniam itaque  
retractus non valet nisi in contractibus in consan-  
guineorum præjudicium factis (§. 5.); facile pa-  
tet illum neque in permutatione locum obtinere;  
siquidem in res permutatas æquivalentes jus suum  
integrum ab utraque parte servant retrahentes.  
Jordabl. Cap. 3 §. 1. Quare etiam, ne consangui-  
nis



neis ulla fiat injuria, lege definitum est, quænam res,  
 ut æquivalentes permutandæ sint; quænam vero non.  
 Jordb Cap. & §. cit. Si autem fieret, ut res pro re non  
 daretur, sed pro re partim res partim pretium,  
 tum aut major pars ejus, quod pro re datum, res  
 erat aut pretium: si illud; pro permutatione habe-  
 tur contractus, in quo adeo non valet retractus;  
 J. B. cit. C. §. 2. si hoc; pro emtione, ideoque  
 retractus est concedendus (§ 7.), quemadmo-  
 dum nec idem denegandus, si ex æqualibus partibus  
 data & res & pretium erant, cum hic quoque con-  
 tractus emtionis loco habeatur. Jordb.

Cap. & §. cit.

F I N I S.

